Circa quindecim propositiones a SS.^mo P.P. Clemente Octavo nunc propositas existimo non esse omnes absque explicatione concedendas, tum ut defendantur alia, quæ hactenus disputata sunt circa lib. P. Molinæ: tum etiam ut defendatur id, quod in præcipua controversia Societas nostra contra Dominicanos asserit, sicut per singulas ostendam. Oportet autem meminisse eorum, quæ ad viginti proposit.^es priores respondimus explicantes doctrinã Augustini circa gratiam præuenientem, et comitantem, quæ hoc loco repetere non opus erit.

respuesta del P.^e Gab. Vazquez a 15 propos.^es q su S.^d del Papa Clem. 8. propuso a los 6. de Jul. de 1603. para en su presencia se disputassen, an si sint doct.^a Aug.^i > estas propos.^s estan en otro papel del P.^e Suarez q esta junto con este. 1 post duo folia.

1.^a Proposit.^o est August. lib. de corrept.^e et gra. c. 11. ubi concedit adiutorium, per quod possit homo, et sine quo nõ possit, et adiutorium, in quo nõ tñ possit, sed etiã velit quod passim in schola efficax dicit.^r Verum aduertendũ est ne ingerere huius auxilij efficacis, quatenus præueniens est, aliqd aliud præter congruentiam vocationis concedatur, cum nihil aliud August. concedat lib. 1. ad Simplic. q.^e 2. ubi etiã hoc duplex auxiliũ per congruaz. et nõ congruam vocat.^es distinguit.

2.^a Proposit.^o non est in August.^o colligi^r tñ ex verbis eius. Ille. n. nunquã appellauit grãm operantez, et cooperantem, sed dixit: Deum in nobis gratis quædam operari sine nobis, quædam autẽ nobiscum. Dixit autem, sine nobis, nõ ratione alicuius præuiæ applicat.^is physicæ, sed ratiõne cogitationis

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

congrua, quam sine nobis, hoc est, sine nostro consensu in nobis operatur. Videat disput. 38. 1.ª part. cap. 9. ubi explicat illud, sine nobis;

Tertia Proposit.º est August. lib. 50. qq. q.e 23. a contrario sensu. Nam quod quis non habeat suasorem ad malum, ibi tribuit gratiæ Dei. Sed videant nostri ne hoc concedant ad singula opera moralia, quia inde contra Molinam facile colligent quod hactenus contenderunt adversarij, et in exponenda mente August.i cum plerisque Dominicanorum vere ipsi conveniant.

Quarta proposit.º est August.i in illis locis, ubi distinguit duplex aux.m grã: verum efficaciam huius grã nunquam tribuit Aug. præmotioni, et applicationi, sed tm congruæ vocationi, in q.e illa 2.ª ad Simplic. Manifestum autem est hanc congruentiã vocat.is cum voluntate, ut consentiat, in sola cogitatione, et motu non deliberato voluntatis consistere. Et ita lib. 2. de Sanct. meritis, et remiss.e c. 19. appellat hoc efficax aux.m certam scientiam, et victricem delectat.em nec quicquam aliud ei tribuit.

Quinta Proposit.º ut refert, nõ invenit in Aug.º sensum tn verum habere potest sm sententiam illius, et falsum sm opinionem Dominicanorum. Nam omnipotentiæ Dei eatenus tribuit efficacia grã, ut si velit, possit hominem ad se convertere, quatenus ei nõ desunt innumerabiles modi, quibus hominem vocare possit, ut inquit Aug. q.e illa 2. ad Simplic. loquens de Esau, quem Deus, si voluisset convertere ad se, potuisset, Ad hoc autem nõ solum potentia Dei requiritur ab Aug.º sed etiam scientia infinita illius, qua recte novit varios illos modos congruenter vocandi, quibus, si vellet, posset vocare, ut re ipsa hominem ad se converteret. Huiust tn hæc efficaciã grã reducat in omnipotentiam Dei, quia ipse possit præmovere voluntatem, et applicare illam, quam Dominicani comminiscuntur, determinare ad consensum, figmentũ est.

Nec

nec in Augustino nec in ullo Patre fundamentum habent. Praeterea modus mouendi corda hominum longe diuersus est ab eo, quo mouet cetera naturalia, omnipotentia sua. Nam cetera mouet cooperando tantum cum formis, quas illis creatione ipsa dedit; homines autem, excitando eorum voluntates medijs cogitationibus congruis, prout ipse recte nouit. Neque Augustinus vnquam comparauit motionem hominum, cum motione aliarum rerum, praesertim agens de gratia contra Pelagianos, et semipelagianos.

Sexta Propositio est Augustini q. 2. ad Simplic. et alijs in locis. Verum explicatio illius est apud eundem epist. 107. post initium, et lib. 1. de praedestinatione Sanct. c. 19 circa medium. Vt id faciat Deus ratione vocationis altae, congruae, et secundum opportunitatem. At ratione praemotionis certe nusquam dixit, id, quod clarissime constat etiam ex illa q. 2. ad Simplic. Videat disput. 88. 1a. part. c. 7.

Septima Propositio est Augustini secundum quod attinet ad infusionem et secundum quod spectat ad mirabiles modos. Verum quod dicit de mirabilibus modis, ita debet intelligi, vt Deus infinita scientia sua sciat innumerabiles modos, quibus cogitatio et vocatio congruere potest libero arbitrio, eos quod omnino ignotos hominibus, et ideo mirabiles, tam secundum se, quam vel remotionis multorum impedimentorum, quae retardare possent voluntatem; quae quidem Deus remouet, vt vocatio congruat arbitrio, non autem vt Deus secundum illam applicationem, vel praemotionem extorqueat a voluntate consensum: Et sane, si applicatione illa solum id fieret, et ideo non esset scientia conditionalis, qua nosset varios illos modos congruentiae vocationis cum arbitrio, sicut Dominicani dicunt, perperam dixisset Augustinus innumerabilibus modis Deum facere nos velle per gratiam suam. id enim vno tantum modo efficeret, nec omnino occulto, si vera ratione philosophica Dominicani illum probarent. Nam secundum Dominicanos non opus est congruae vocatione quae varijs, et innumerabilibus illis modis a Deo infundi possit, sed quacunque vocatione, si ei adderet applicatio illa, et

præmotio, id fieri posset, Et ita vnicus tm̃ modus esset, quo Deus faceret homines de non volentib; volentes.

Octaua Proposit.º est Aug.ⁿ epist. 107. intelligenda tñ est sicut præcedens, vt secreta dicatur, quia modi, quibus vocat.º congrua esse potest, secreti valde sunt, et absconditi. Si[illegible] autz esset illa applicat.º nõ esset secreta.

Nona Prop.º est etiã Aug.ⁿ et simpliciter concedenda. Cæterum, quod attinet ad illud, Non pedisequa, explicet.ᵘʳ iuxta alia, quæ dicta sunt pro defens.ᵉ illius proposit.ⁱˢ faciendi quod est in se &c. Quod v.º spectat ad illud Sed etiã vt velimus explicetur sicut 6.ª

Decima est Aug.ⁿ q.ᵈ illa 2. ad Simplic. et Molina id nunquã negauit. Cæterum, per infallibilez effectuz, et certũ, nõ potest intelligi necessariũ necessitate antecedente, sed consequente tm̃, prout refertur ad scientiaz Dei.

Vndecima Proposit.º est Aug.ⁿ contra Semipelag.ºˢ Verũ, vt ostendi 1.ª p.ᵗᵉ disput. 92. c. 17. Semipelagiani contra August.ᵐ contendebant inferre ex eius sent.ª induci fatum, et frustra esse correptionem. non quia ipse diceret esse necessariam applicationez illaz, et præmotionez ad consensum (Hoc enim nusq; inuenient) sed quia diceret neminem conuerti sine illa gratia peculiari, et vocatione congrua, quam Deus in nobis sine vllo boni initio ex nobis præcedente, sola sua voluntate tribueret.

Duodecima est aperte Aug.ⁿ lib. de prædestinat.ᵉ Sanct. c. 6. et alijs in locis citatis 1.ª p.ᵗᵉ disput. 97. c. 4. Verum efficax gratia explicanda est non ratione præmotionis, sed sic, vt in 4.ª et 5.ª proposit.ᵉ

Decima tertia est Aug.ⁿ epist. 106. et eam publice professus est Pelagius in Conc. Palestino retractans contrariaz: quam retractat.ⁿᵉᵐ probauit Augustinus in ea epist. quamuis dicat Patres Palestinos nõ vidisse ipsum Pelagium interrogasse de gra

gratia

grã id intelligeret. Verum á nostris ita explicet, sicut tertia.

Decima quarta est Aug.^e multis in locis lib. de predestin.^e Sanct. Sed, ne contra P. Molinam, qui concedit illam proposit.^{es} faciendi &c. aliquid Augustinum docuisse, concedere nostri videant, explicent sicut antea explicarunt defendentes predictam propositionem.

Decima quinta est Aug.^e lib. de bono perseverantiæ multis in locis. Sed, dum nostri concedunt peculiarem, et maiorem grãz in ijs, qui perseverarunt, ne videant contra P. Molinam aliqd dicere, explicent peculiarem hanc grãz nõ provenire ex applicat.^e illa, et premotione, sed ex congruentia cum arbitrio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

556

454

[illegible]

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DI [illegible]

del padre Gabriel vasquez

del p. Gabriel vasquez